



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de  
Tolosae, 1614**

A Clemente III. Creati. cuius duas habes Epistolas in Chronico  
Bambergensi, & apud Rogerum Anglum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**

---

*A LVICIO III. CREATI.*

PANDULPHVS Pisanus, Cardinalis Basilicæ Apostolorum scripsit, vt notat Eifengrein,  
Romanorum Pontificum vitas.

ALBINVS Mediolanensis ex Canonico regulari  
Cardinalis, librum edidit prænotatum

Collectio Canonum, quem manuscript. vidi in Bibliotheca Vaticana. Obiit Cælestino 3. sedente.

---

*A CLEMENTE III. CREATI.*

*cuius duas habes Epistolas in Chronico Bambergen-  
genſi, & apud Rogerum Anglum.*

LOTHARIVS ex Comitibus Signiæ Cardinalis, qui postea Innocentius Papa 3. annostantum trigintannatus, omnibusque Cardinalibus iunior, ob doctrinam & sanctimoniam ad Pontificatus apicem euectus est, cum Luteriæ plures annos in sacra Theologia (quam postea publicè professus est) vtiliter posuisset, scripsit eruditè  
De Purgatorio.

Conciones duas paræneticas, ante Concilium Lateranense.

Acta & Decreta Concilij Lateranensis.

De miseria conditionis humanæ lib. 3.

In 7. Psalmos Pœnitentiales.

De officio missæ lib. 6.

De Sacramento Baptisimi.

De clauſtro animæ.

Sermones de Tempore & de sanctis.

De Ekemolinn.



De laude & commendatione charitatis.

Ordinationem expeditionis pro recuperanda terra Sancta.

Precationes & hymnos.

Epistolarum Decretalium libros 2.

Constitutionum Decretalium libros 5.

Regestique eius volumina 4. in Bibliotheca Vaticana seruantur. Obiit anno 1216.

*A COELESTINO III. CREAT.*

*cuius Epistolas 9. habes apud Rogerum Anglum.*

PETRVS CAPVANVS Amalphitanus Cardinalis, legationes plures obiit, Siculam nempe, Longobardicam, Polonicam & Gallicã: scripsitque, teste Cortesio, Commentaria Pontificalis Iuris.

Orationemque quã Gallia & Angliã Reges ad bellum Asiaticum capeffendum, odiaque internecina deponenda, præter omnium spem, adducti sunt.

Obiit Romæ anno 1208.

CENTIVS SABELLVS Cardinalis S. R. E. Camerarius, qui postea Honorius Papa 3. Decretales Epistolas plures industriè compillauit & in vnum corpus compexit: scripsitque

Censuum Romanæ Ecclesiæ prægrande volumen, manuscript. in biblioth. Vaticana.

Sermones aliquot quos S. Dominico dicauit.

Epistolas decretales & alias: quarum aliquas habes apud Parim, Baronium, & Petrum Blesensem.

Regestique eius volumina 5. in biblioth. Vatic. seruantur. Obiit anno 1227.